in partes illud excidens: Quen-
dam eciam infirmum pauperem
visitans/ cum querelas illius su-
per quibusdam debitis audisset
et debita soluit et misericordiam
impendit. Non enim sustinebat
diuitum mortuorum corpora
linteaminibus vel camisiis novis
involui sed veteribus/ iubens pan-
nos illos meliores dari paupe-
ribus. Pauperculárum parienci-
um/ vivificatrix et consolatrix
fuit et quando mariti talium
sive aliarum infirmarum aliquid
ab ea petebant/ ipsa earum ho-
spicia requirens/ quantumlibet
via lutosa esset et aspera/ per-
sonaliter illas visitare voluit
sperans in earum aspectu graci-
am compassionis in se auge-
ri. Quarum viles camerulas
intrans et sordes earum non
abhorrens/ attulit eis necessa-
ria/ consolans illas/ triplicem
ex hoc sperans remuneracio-
nem, vnam ex labore/ alte-
ram ex compassione/ tertiam
ex elemosynarum largicio-
ne. Ait namque psalmista/:
Beatus qui intelligit super e-
genum et pauperem/ in die
mala liberabit eum dominus/
Quam beatitudinem sepe pro-
93 meruit/ quia super egenos et
pauperes intellexit. Quadam
die cum cuiusdam pauperis appetitui
satisfacere vellet/ in loco secre-
to